

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

In aulicos. Emblema LXXXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](#)

In aulicos.

EMBLEMA LXXXVII.



VANNA Palatinos quos educat aula clientes,
Dicuntur auratis nectere compedibus.

COMMENTARI.

- I. **I**VVENIS cincinnatus, veste more aulicorum indutus, in cippo, vel pedicis aureis inclusus detinetur.
- II. **A**LLVSIO est ad Diogenis apophthegma: dicebat enim Aristippum (Philosophum aulicum) aureis teneri compedibus, ne posset exire; quod splendidore Prin cipum vita captus, Philosopheram vitam mentiretur. In quo sensu etiam Seneca dixit, stultum esse compedes suas, quamquam aureas, adamare. Id tamen quam studiosè faciant aulici, nemo est qui videat. Quatum autem pertinet ad nostri distichi materia, videtur respicere ad M. Catonis lepidam sententiam: Dicebat enim fures priuatorum furtorum in nero & compedis bus erat agere, publicos in auro & purpure visendos. Retulit Gellius lib. II. cap. 18. Huc spectat adagium, *χειροῦ τὰ πόδεα aurea compedes*. Proverbialis metaphorā dicitur servitus splendida & amabilis, qualis est ferē vita aulicorum. Horatius de uxore formosa:
- Teneris grata
Compede vinclum.
- Vide etiam adagium, *Leo chordula vinclus*. Apud Plutarch. Theophrastus expobrat Aristoceli, quod reliqua Academia mallet in Philippi aula versari, quod & ante fuerat à Diogene reprehēsum, Aristotelem cœnare quando Philippo, Diogenem cum Diogeni placeret.

VANNA

LII.

VANA aula] epitheton verissimum, quia aula inani s^ep^e vento suos assecas lastant.

Palatini.

Palatinos] Palatinus mons dictus, super quo Roma prim^o ædificata fuit, & in eo Reges primo, deinde Consules, postea Imperatores maiore ex parte sedem habuerunt. Vnde ego ductum puto, quod iij, qui in dominis principum habitant, vel of ficium curiale exercent, palatini dicantur (licet etiam à palatio id non malè traduxeris) qui etiam Comites & Curiales dicuntur nostro saeculo. Alciatus in l. scritinis, de palat. facit largit. lib. 12. Cod.

Aula.

Aula] Aula propriè dicitur locus, qui perstatum habet. Nunc domos & regias principum aulas vocamus, quod ante se habeant plerunq; loca subdialia & ampla. Vide plura de hac voce apud C^{el}. Rhodig. lib. 12. cap. 5.

Auratis compedibus] Proverbium, Avera compedes.

IV.

Aulicoru
sensitio.

AVLIC I appellantur, qui in regnum principum vè aulis educuntur & nutruntur: hi quidem viuunt splendide, epulatur laetissime, vestiuntur magnifice, incedunt superbe, verbis vivuntur flesquipedibus, præsumunt maxima quævis; frausq; sublimi regnat in aula, adeo ut corum felicissima omnium videatur vita. Interim tamen sui iuris non sunt, nec ingenui liberi, immo aures vinculis alligati, impliciti & irretiti recte dici possunt. Non enim animaduertunt quantum voluptatis & oblectamenti suppeditet vivere ait^{as} uir, ait^{as} eu^{de}spī, nec alijs gnathonum more, aut parasitorum nescio cuius rei gratia, manum deosculari, ridenti arridere, & secundū palpando quamlibet personā induere. In quibus factitandis quid (oblecto) fidei aut bona mentis, qua honesti ratio esse potest, cùm simulationis & perfidia sentinam inexhaustam in animo presentem vbiq; circumferant? Elegans aulicorum descriptio haberet apud Senecā Tragicum Hercule Octae:

Pauci reges, non regna colunt,

Plures fulgor conuocat aula,

Cupit hic regi proximus esse,

Clarusq; letas ire fer urbes;

Vrit miserum gloria peccatum.

Sane, vt id paucis, si qui sunt, qui vitam parasticam viuant, totam illam quidem ad alienum comparatam arbitrium, sine reue-

ta aulici moriones, & strobili, qui vento sumq; ebris mera sibi somnia singunt, nihil non sperant, nihil non promittunt, seruitate voluntaria, eaj; grauiore pressi, quod eriā cùm possint afferre se^{le}, effugia nulla querunt. Minos ea de re, quo tempore cursus vacuus rusticaretur, carmen scripsit, quod tale est:

Aulicus insipiens, & sumis ebrios aula,

Minis

carmō de

aulici.

Se spe, aut pollicitis credit ad astra vehi.

Et dum captat iners, & se fore posse beatū,

Vt qui speret edax, certa futura putat,

Compedibus strīcū, & manicis adstringi-

tur excors.

Et patitur vana credulitate capi.

Ore, oculis, vultu mentitur, s^ep^e retentus

Plusquam servili conditio miser.

Nam qui seruities est turpior, immo pudēta.

Quā turpe & fœdū sponte subire ingū,

Verissimum hoc, Aulica vita, splendida

miseria. Habent enim aulae sua mysteria

non cuius obvia; haberet hoc pelagus sub

vndis latentes scopulos, qui nauigantibus

non apparent, antequam grauius impege-

rint; Vnde recte amicum monet Ouidius

lib. 3. Trist. eleg. 4.

Vibus edacto si quidquam credis amico,

Vive tibi, & longè nomina magna fugi.

Vine tibi, quantumq; potes prælustra vita,

Seum prælustri fulmen ab are venit.

Nullum enim est vita genus, quod tot ca-

sibus ac mutationibus sit obnoxium, quā

vita aulica. Exemplo nobis inter infinitos

Petrus Vi

sit vnuis Petrus Vinea Campanus, obscuro

nea Can

loco natus, sed doctrina atq; eloquentia, panus,

quantum atas illa tulit, insignis, Friderici

II. Imperatoris arcanorum omnium prin-

cipes ac moderator. Ceterū per inuidi-

am, q^uz in aula & oritur, & nutrimenta

habet (licet Germani dicant) Inuidiam in

collegijs & monasterijs nasci, in aulis nu-

tritii & viuere, in xenodochijs mori) atq;

virtutis perpetua est infectatrix, in supi-

cione adductus, tanquam cum Pontifice

Alexandro III. sentiret (quo cum Fride-

ricum bellum gerebat) luminibus est pri-

uator. Cuius rei impatiens, atq; ob id iu-

furem versus, ad Sanctum Miniatum,

quod Hetruriæ oppidum est, sibi ipsi mor-

tem consciuit. Refert Fulgentius lib. 6.

c. 11. Lucianus eo Commentario, quem

scripsit de ijs, qui conducti mercede in di-

uitum familijs viuunt, scitè aulae pictu-

ram explicuit, nempe vestibulum sublime

& in-

Aula de-
scriptio.

- Aula ignis comdaratur.** & inauratum, abruptum, lubricoq; aditu, ita vt plerungs; qui se ad summum peruenisse putant, præcipites ceruice fracta dei- ciantur. Intrus opulentia ostentatio, spes fallax, ambitio, æmulatio, obrectatio, fu- mi, adulaciones, multæ manus, pauca cor- da, luxus, avaritia; quæ omnia speciosi fu- cis teguntur. Nam qui in aulis sunt arti- fiores, hos habes & arrosores, imò & deriso- res, qui simulatè omnia gerunt. Interroga- tus quidam in iuriarum palatinatum pa- tientissimus, quomodo senectutem, rem in aulis rarissimam, estet consecutus? Inui- rias, inquit, accipiendo, & gratias agendo. Circumferuntur versiculi nimium veri au- thore incerto, de ministris in aulis princi- pum senescalibus:
- Regum sollicita quicunq; senescit in aula,**
Aut furit, aut vltro concupit esse miser.
Lucanus nō fecus seculle videtur, dum 8.
de bello ciuili inquit:
- Exeat Aula ---
- Qui voleret esse pius; virtus & summa potestas**
Non coeunt. Nos quoq; Germani de aulicis serio ioca- mur: Lang zu hoff, lang zu hæll. Scitè sa- nè ille poeta, qui aulā igni comparauit, à quo non nimium distare, nec proprius acce- dere iuuat. Sic ille:
- Vicinum torret, longinquū nō iuuat ignis,**
Sic neutro potis est aula iuuare modo.
Ni nimium seruotus eris, nimiumq; propin- quus,
- Vtilis ignis erit, proderit aula ducum.** Nō possum coronidis loco præterire, quin huc apponam Alphabetum aulicum, quod à Iacobo Reinero excellentissimo Musico symphonie accommodatū me aliquando canere memini:
- A uila eadem est omnino fides, qua mobilis**
natura. **B landitur, sed post mordet cœu scorpious**
Aula. **C onfilijs raro melioribus virutur Aula.**
- D ifsimulet, regnare diu qui pescit in Aula.
E xultat integritas, pietas, & candor ab
Aula.
- F erre moram, atq; iram frangere docemur
in Aula.
- G rande sophos ridere bonos confestur in
Aula.
- H orrent vera loqui, cupiunt qui crescere
in Aula.
- I nudiam qui ferre nequit, discedat ab
Aula.
- K yrie, qui senuere canent, eleysor, in
Aula.
- L anguit virtutes, scelus omne ac regnae
in Aula.
- M uneribus mentes hominum capiantur
in Aula.
- N ugias Aula leues, & sumos vñdit inanes.
- O tia quisquis honesta cupit, procul exe-
at Aula.
- P orta Ereoi in terris Aula, & tua, Tan-
tale, pena est:
- Q uæstus adulari & mentiri est primus in
Aula.
- R arauis in toto verè pius aulicus or-
be est.
- S inceris & simplicibus va semp in Aula.
- T urpe senex & inops quando incolit au-
licus Aulam.
- V ita difficultis methodo benè dicitur Aula.
- X antea retroibis, erit quando constancia
in Aula.
- Y dra Aula est capitum multorum horren-
da venenis.
- Z enones fatui sunt, atque Thrasones in
Aula.
- Plura de re aulica habes apud Augustin,
Niphium hb. 2. De statu etiam & miseria
curialium agit Æneas Silvius epist. 42. &
166. pulcherrimè Antonius de Guevara
in sua schola aulica. Exar etiam libellus
idiomate Germanico planè festiuus, in-
quo tota praxis aulica sub personis anima-
lium graphicè repræsentatur.

